

*Deus unus in essentia nec gignit, nec gignitur, nec procedit.*

*E. Deus unus in essentia non est Deus.*

Hoc Valent. Arrianus contra æternam Christi Deitatem protulit Sophisma. Bellarm. l. 2. de Christo c. 7. Resp. est æquivocatio in voce *Deus*, quæ vel ὁ σωδῶς, essentia-liter sumitur, pro essentiâ divinâ, quæ tribus personis est communis: vel ὁ ποσαπιῶς personaliter, pro certâ Trinitatis personâ. Meyf. Sophist. proœm. p. 7. seq.

*9. Finitum non est capax infiniti.*

*Humana Christi natura est finita: proprietates divinae naturæ sunt infinitæ.*

*E. Humana Christi natura non est capax proprietatum divinae naturæ. Et per consequens, proprietates divinae naturæ non sunt communicatae carnis Christi.*

Resp. Est Fallacia Æquivocationis. Major non simpliciter est vera, sed duntaxat hoc sensu: finitum non est capax infiniti *Physicaliter & mathematicè per modum inclusionis*, ita ut finitum includat infinitum. Sic enim

C

in-